



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 9011860X

§. 26. Helvetiorum Oratores, nec non Salisburgensis Archiepiscopi
Procuratores excepti.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66641)

Et mandata vestra libenter, Et prout iuris est, accipit, Et admittit.

Sæcul. XV.
A. C. 1562.

§. XXVI.

Helvetiorum Oratores, necnon Salisburgensis Archiepiscopi Procuratores excepti.

Absoluta Castellii oratione Helvetiorum Oratores admissi, eorumque mandata, ac literæ fuerunt prælectæ. Horum Legatorum primus erat Melchior Lussi a septem Catholicis Cantonibus, seu Pagis Lucernensi, Uranienfi, Suitienfi, Jugienfi, Sylvaniensi inferiori, Friburgensi, & Solodurniano missus, ejus autem socius erat Joachimus Abbas Monasterii Eremitarum, qui ab eorundem Pagorum Clero fuerat deputatus. Pariter Archiepiscopi Salisburgensis Procuratores admittebantur, erantque Martinus Hercules Rettingher Lavamündæ in Carinthia Episcopus, atque Archiepiscopi Suffraganeus, necnon Frater Tobias Dominicamus, quorum perlectis mandati literis, Hieronymus Ragazzonius in hac sessione sermonem habuit, Seripandus autem Cardinalis primi Legati, qui tum adversa valetudine premebatur, vices agens, per Petrum Gonzales de Mendoza Salamanticensem Episcopum, qui eadem die Sacris Pontificali ritu operabatur, de-

Pallav. l. 16. c. 7. n. 6. Et cap. 12. n. 5. Et 9. Labb. pag. 1189.

Sec. XVI.
A.C. 1562.

cretum proponi, illudque his verbis
conceptum prælegi jussit:

§. XXVII.

Decretum pro Sessionis prorogatione.

Labb. p. 245.
Pallav. l. 6.
num. 6.

*Sacrosancta Oecumenica, & Generalis
Tridentina Synodus, in Spiritu Sancto
legitime congregata, præsidentibus in ea
eisdem Apostolicæ Sedis legatis, propter
varias difficultates ex diversis causis exor-
tas, atque etiam ut congruentius, majori-
que cum deliberatione omnia procedant, nempe
ut dogmata cum iis, quæ ad reformatio-
nem spectant, simul tractentur, & sancian-
tur, ea, quæ statuenda videbuntur, tam de
reformatione, quam de dogmatibus in pro-
xima Sessione, quam omnibus indicit in diem
sextam decimam subsequenti Mensis Julii,
definienda esse decrevit, hoc tamen adjecto,
quod dictum terminum ipsa Sancta Synodus
pro ejus arbitrio, & voluntate, sicuti re-
bus Concilii putaverit expedire, etiam in
generali congregatione restringere, & pro-
rogare libere possit, & valeat.*

§. XXVIII.

*Lancianensis Episcopi dubia contra
hoc decretum.*

Pallav. l. 6.

*Hæc postrema Decreti verba Leonar-
dum Marinum Lancianensem Epi-
scopum nonnihil offendebant, hæc ob-
jiciens: „nequaquam permittitur, ut
mute.*